



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

2. Doctorum placita Sancti Thomæ, & aliorum ab affirmantis sententiæ
impostura vindicatio.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

plē impugnetur, actuale futurorum praesentiam in
a. enim: ut per aeternitatem, sed ab aeterno ex aeternitate,
& in a. eruitur otiose proflus, & abique ulla conse-
quentia ex exigentia commentū sunt: ut ad illam seruan-
dam satis ipsis efficit aeternitati Dei indissolubili, quam qua
sola, semperque, & pro omni extēsiōe obiecta duratiōe praesentia
& actuali Deus quāquam obiecta cognoscit quā-
quam sola iudicii diuini copula conuenit (vi. docebam conuenire. i. r. d. 4. quæst. 3. de Dei per Scientiam liberam
immutabilitate agentes) pro aliqua duratiōe extrinsecā,
& aliquando coexistere praesentiae, tam futura, quam
praeterita creata obiecta esse, vt ipsi, neque praeterita esse,
neque futura, sed actū, & de praesenti absolute aeternitati
Dei cognoscens forent, respectu cuius nihil transiit, ac
desinit, nihilque efficit proprie futurum, vt Patres (quo-
rum verbis decepti Thomistae contra eorum sensum tue-
re) frequentes, & frequenter loquuntur.

7. Quod ergo hic cum Thomistis iunioribus disputanda: primum de futurorum præsentia, & coexistentia Deo, cuiusque æternitatis ab æterno & ex æternitate, ac per æternitatem alterutro ex præfatis sensu. Etiam enim secundum eos sensu loquutos non dubitem: de primo etiam disputare nos oportet: ne aliquis eorum verbis deceptus in hæresim incidat, quasi tantorum Doctorum autoritate prætextus. Id quod eo rationalibus timendum nobis est, quod videamus eo sensu à plerisque Thomistarum minus cautorum impugnatoribus eorum sententiam intelligi, ut illorum impugnationes satis præferunt. Secundo disputandum cum Thomistis hic erit, an ea futurorum præsentia, & coexistentia Deo, cuiusque æternitatis ab æterno, & ex æternitate admittenda præsentia absolute Dei de ipsis necessaria esset, aut vitiosa. Id quod directius ad disputationis præfatis exactum & plenum examen videtur attinere.

CERTAMEN II.

Doctorum placita Sancti Thomae, &
aliorum ab affirmantis sententiae
impostura vindicatio.

7. **P**raesentiam futurorum, & coexistentiam realem
ipsum tam Deo, cuiusque aeternitate ex aeternitate, & per aeternitatem decem determinate primus Caietanus i. p. quæst. 14. art. 13. *Ad has obiectiones*, vbi D. Thom. opæ tam sibi veritatem, quasi per reuelationem, *illuxisset*, in eius articuli interpretatione refutatur: quæ tamen circa reuelationem potuit illi innotescere ex Ricard. in i. d. 36. qu. 3. & d. 39. art. 1. quæst. 1. vbi dem prorsus, problematicè vno, defendit, ex Capreolo (centum circiter annis ipso antiquiore) in i. d. 36. quæst. 1. resp. ad 13. vbi eandem Dui Thom. expositionem, & interpretationem adhibuit sub fin. nihilominus articuli. Id ex propria sententia asserere non ausus, inquit: *De his nihil omnino assero sed videtur illa fuisse mens Dui Thomæ*. Potuit etiam tam S. Thom. interpretationem, & doctrinam abque eius reuelatione edificare ab Henrico in i. d. 36. quæst. 1. & ex Abulensi in 16. Matth. Item ex Ferrara i. contra gent. cap. 66. & 68. qui tamen oppositum probabilius censent, sicuti Catherinus opuscul. de præscient. & provid. Corduba quæst. 35. dub. 8. Edificare item potuit ex præfco Doctore Parisiens. (cuius meminist. non sine Stomacho, Agidius Romanus iam citandus) qui post annum obitus S. Thom. eandem tanquam Doctores Sancti Doctrinam ab aliis habitam retulit, grauique censura notauit. Itaque in ea S. Thom. interpretatione, & sententia Caietan. nihil in illo noui præter affirmandi ausum reperio. Ipsum tamen antequam Recentiores sequantur Thomam Dominican. Aluarez 2. de Auxil. d. 8. num. 2. Ledelma d. 2. de Scient. futuror. dub. 1. Nauaretre controu. 52. Banez i. p. quæst. 14. art. 13. dub. 1. Cabrera ibid. 52. p. quæ. 62. art. 1. d. 13. & alij nonnulli apud nostrum Ruiz d. 2. 8. & apud Albiz p. 4. n. 3. & reliqui, qui ex Scho- la Thomistarum Dominicanorum volunt censeri. Hæc si-

quidem sententia, una est tribus, vel quatuor est, quibus
nunc Dominica Schola Thomistica ab Schola Thomi-
stica nostrae societatis in re Theologica distinguitur. Hi
autem omnes eiusmodi praesentiam futurorum, & co-
existentiam realem Deo, & eius aeternitati ab aeterno, atque
ex aeternitate, ut à Deo illa cognoscantur, valeantque co-
gnosci, necessitatem esse docent.

2. Vtrumque autem aequam aptam Angelici Doctoris sententiam venditant, atque in illam trahere noscitur Molinam, Didacum, Ruiz de Montoya, Granados, & Galparem de Ribadeneyra conantur, quorum nemini praefata sententia venit in mentem, vt attentius docet de S. Thom. fide statim ostendunt, vt nequa deinceps aliqui eius ad eam tuendam protegi praefidio: consueque quantum Thomas Deusto Caietanum ab Angelico suo Praeceptore denunciantos vero nostros, qui legunt facili ab ea calumnia vindicabunt. Esti negare non possim, minus caute eos (praecipue Granados,) locutos, vt, cum oppositum doceant nihilominus, quandoque aduerfarius vocibus tantum. Et Molina quidem ad locum citatum primae partis d. 13. solum tradidit sententiam, in qua Dominicanorum sententia potius defenditur, tamen 14. conclus. 2. ait: *Non esse concedendum rei, quae sunt in tempore, prius existeri in aeternitate quam in tempore*: quibus realem earum omnem in aeternitate, & ex aeternitate praesentiam, quous sensu negat: solumque sententiam obiectiue illarum praesentiam ab aeterno, siue realis praesentia totius aeternitati Dei, quoad intrinsecum sumptae, d. illa 15. admittit facti prodiit. Ruiz vero de Montoya hoc solum voluit d. 28. sect. 3. futurorum praesentiam in aeternitate concedit, & sect. 8. futura esse Deo ab aeterno praesentia. At eam sect. 7. num. 2. solum esse realem quantum ad esse materiale, quod est praesens, nempe futuri, quod praesens est; quantum vero ad esse formale praesentiae ipsius esse relationem, nempe habentis requisita, ad intellectum diuinum, nempe habentis cognoscibilibus, vt possit intelligi, siue obiecti intelligibilis, & cognoscibilis, id est praesentiam obiectiuam in actu primo prius ratione, quam a Deo actu cognoscantur, vt ex Soar. 1. de Scient. futuror. cap. 8. n. 9. regulat n. 7. & docent Valquez 1. p. d. 61. cap. 4. & reliqui nostri probantes a priori futuri cognitionem a Deo, ex illius obiectiue cognoscibilitate, vt & nos supra d. 3. qu. 3. probabamus, & clarius hanc esse suam futurorum praesentiam in aeternitate docet sect. 8. n. 14. Neque Thomistica esse possit, quam impugnaverit acriter in Caietano, & Capreolo sect. 3. n. 6. impugnatum dicens, *ex impropositione aut caput huiusmodi intellectus verbum absque temporis consignificatione resurpare*: vt opus est ad Thomisticam futurorum praesentiam in aeternitate, aliquatenus abique errore in fide percipiendum. Tandem sect. 9. num. 5. & 6. conceptis verbis Thomisticae huius sententiae aduersus aetres creatas non coexistere ab aeterno realiter aeternitati, sed tantum fore, vt coexistant, quando productae fuerint. Id ipsum lolummodo voluere Granados controuerti, 2. 1. p. d. 3. & Ribadeneyra: neque de praesentia reali futurorum in aeternitate, nec obiectiuam solum, quid amplius, quam toti Dei aeternitati quoad intrinsecum sumptae, neque eius solum parti esse praesentia, pro sua tamen quodque duratione, quam praefati Doctores reprehendendi merito sunt, quod aliquando cum Thomistis hisce loquantur, ad quorum sententia valde abhorret, vt, qui totum contextum non legenter, circa eorum sententiam decipi possit, & aduersarii, qui suae doctrinae patronos externos occupantur, possint alios decipere.

3. Iam verò adeo absurdæ, atque vero aliquo sensu citra errorem in fide improbitatis sententie impiora S.Th. pluribus eius (et si prolixitatis vitandæ causa non omnibus) vindicare proximum est. I. p. qu. 61. art. 1. *solum* est, qui, Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus est ab aeterno. Hoc enim *fides* Catholicæ docet indubitanter, & omne contrarium, sicut hæreticum est refutandum. Sic enim Deus creaturam produxit, quod est ex nihilo fieri, id est postquam nihil fuerat. Deinde illud *solum*, quod expectatum aliorum omnium propositionem facit, atque absolutè, & sine addito ab æterno quousque vero sensu est negat. Item rationem subiuñctam: quia reliqua *ex nihilo*, id est, postquam nihil fuerat, fuerint à Deo producta, quod ætatem omni ante sui productionem duratione nihil absolutè fuerat, contradictoriè fuisse absolutè ante sui productionem.

productionem aliquid dicitur; cum tamen aliquid absolute ante sui productionem, imo tota anteriori æternitate, quod vero reali sensu absolute ab æterno realiter est præsens Deo, necessario esse debeat. Dixerat etiam quod, 16. art. 7. quia solus intellectus diuinus est æternus, in ipso solo veritas æternitatem habet. Nec propter hoc sequitur, quod aliquid aliud sit æternum, quam Deus, quia veritas intellectus diuini est ipse Deus. Essent autem creata omnia ab æterno, & æterna, nec solus Deus, eique identificata veritas, si illa æternitati, & ab æterno ipsi realiter præsentia, & coexistentia, quocumque malueris sensu, forte. Item 1. 2. quæst. 91. art. 1. ad 1. ea, quæ in seipsis non sunt, apud Deum existunt: in quantum tamen sunt ab eo cognita, & præordinata. Ecce quam præsentiam futuris, quæ nondum sunt, ab æterno apud Deum, atqueam sint S. Th. concedat: obiectiuam, nempe solam. Sed id ipsum ex locis, quibus pro opposito à Dominicanis iustioribus Thomistis recitatur, ostendamus. Verba eius 1. p. qu. 14. art. 13. sic habent. *Omnia, quæ sunt in tempore sunt Deo ab æterno præsentia, non solum ea ratione, quia habet rationes rerum apud se præsentis: id est earum ideas, seu quidditates, & essentias earum, prout abstrahunt ab actuali existentia, ac per scientiam simplicis intelligentiæ ab ipso cognitas pro priori ad eorum existentiam decreto suo disponendam; sed quia eius intuitus (seu visiois scientia) fertur ab æterno super omnia, prout sunt in sua præsentia. Nempe realis actualis existentia pro sua cuiusque duratione: quibus aperte docet præsentiam futurarum rerum ab æterno apud Deum à se ibi concessam esse obiectiuam solam, & extrinsecam ab eius æterna cognitione, non autem realem, aut realis coexistentiam earum cum Deo ab æterno, & ita realiter ab æterno in Dei æternitate existentia à Deo cognosci minime docet: sed solum realiter existentia succedente, & suo quaque tempore.*

4. Id quod apertius ostenditur exemplo adducto in responsione ad 3. scilicet ille, ait, qui ab aliqua altitudine terram viam intueret, simul videret omnes transiunt per viam, &c. Visiois, & loci sui similitudine, non autem obiectorum transiuntium, ita & Deus ab æterno, & simul omnia videt: suo quaque tempore succedentia; non quidem horum in se reali similitudine, quam neque inter se, neque in æternitate Dei secundum suas entitates habent; sed sola scientia, & æternitatis suæ similitudine, quæ solam obiectiuam, & extrinsecam ipsis impertitur illud autem (et si huius loco explicando, atque in aduersarios retorquendo necessarium non sit) alias vtile non præteribo ex S. Thomæ doctrina hoc ipso articulo tradita. Nempe illud in sua præsentia non solum rerum pro sua duratione successura existentiam, & actuali præsentiam temporariam, quæ ex parte eius futuro constituitur; sed ipsum esse entitativum actuale rerum in seipsis, in quo reliquæ fundantur, localis, & temporarie præsentia actualitates à S. Thoma significari; respectu cuius hic penes instantia natura, & prius, ac posterioris causæ, & causalitatis veram aliam futuritionem ab ea, quæ penes instantia temporis priora & posteriora in eis inuenitur asseri. Verba S. Thom. citat. artic. 13. quibus id expressit hæc sunt. *Vno modo (conferat quid potest) ut est in se in actu: quomodo non consideratur, ut futurum; alio modo potest considerari, ut est in sua causa. & sic consideratur ut futurum (quibus similia scripserat quæst. 2. de verit. art. 12. & in 1. d. 38. quæst. artic. 5.)* Pergit in sensum eundem. *Deus autem cognoscit omnia contingentia, non solum prout sunt in suis causis, sed etiam prout vnum quodque eorum est actu in seipso. Et de contingentibus rursus, contingentia. & insubstantialiter à Deo cognoscuntur in quantum subduntur diuino conspectui secundum suam præsentialem; & tamen sunt futura contingentia suis causis comparata.*

5. Secundus locus opponitur ex qu. 57. art. 3. dicens, quia Deus videt omnia in sua æternitate, quæ cum sit simplex, toti temporis adest, & ipsum concludit, & ideo vni Deo inuenitur fertur in omnia, ut in seipsis sunt: sicut supra dictum est, quod, defectu æternitatis ipsis intrinsecè intellectibus, cognitionibusque creatis, etiam Angelicis, statim denegat, consonat 1. contra gent. cap. 66. ratione 6. cum æterno nunquam esse deficiat, cuiuslibet temporis vel instanti temporis præsentialem adest æternitas: quid

quid igitur in quacumque parte temporis est coexistit æterno, quasi præsens eidem; et si respectu alterius partis temporis sit præteritum, vel futurum: æterno autem non potest aliquid præsentialem coexistere, nisi toti, quia durationis successione non habet: quidquid igitur per totum decursum temporis agitur, diuinus intellectus in tota sua æternitate inuenitur, quasi præsens, nec tamen, quod quadam parte temporis agitur, semper fuit existens.] Denique in 1. d. 38. qu. vn. art. 5. corpore ita eidem doctrinæ insinuat: [cum Deus sit æternus oportet, quod cognitio eius modum æternitatis habeat. Unde, sicut quamuis tempus sit successiuum, tamen æternitas eius est præsens omnibus temporibus: vna, & eadem, & indiuisibilis, ut nunc sunt: ita & cognitio sua inuenitur omnia temporalia, quamuis sibi succedentia, ut præsentia sibi: nec aliquid eorum est futurum respectu ipsius, sed vnum respectu alterius.] Hæc aliquid amplius, quam præsentiam obiectiuam futurorum æternitati Dei sonat: ac proinde ab aduersariis audacissime arripuntur, à nobisque ad longum recitanda fuere; ne difficiliora S. Thom. testimonia pro aduersa sententia dissimulasse, atque ex industria omittisse videremur: solutionem autem præstabitur, quæ similia plura ex Patribus, ac quibus hæc Angelicus præceptor pene ad verbum desumptis, legitime intelligantur: quare longa horum recitatio breuitati consuluit: quia innumera alius Patrum testimoniorum referendis, & diluendis abstinere nos merito facit.

6. Hæc ergo, & similia Patrum testimonia solum probant, & docent, quod nemo nostrum negauit vnquam. Nempe: respectu æternitatis indiuisibilis Dei, & subinde scientiæ, & iudicii diuini, quod cum æternitate iudicet, eamque non tempus, sicut creata iudicia, significat, nihil transire, denovo accedere: quia cum tota simul, & ineffabilis sit, omnemque durationem creatam, creabilem, & imaginariam ambiat redundanter, nihil eam, aliquidve eius potest præterire, nihilque denovo, vel toti, vel eius parti accedere: quare respectu solius æternitatis, & iudicii æterni Dei, quod illam solam concernit, & significat, quæcumque in tempore siue præterierunt in suo esse, & duratione actuali, siue succedent in actu præsentia ipsis sunt, & vni seipsis sunt cognoscuntur, & iudicantur à Deo ab æterno; ac proinde nulla successu temporum notitia de rebus, ut actu in seipsis sunt, denovo aduenit Deo. Ex qua doctrina Dei immutabilitatem, etiam per actus liberos scientiæ suæ de existentia actuali rerum de præsentia ab importunis argumentis ingeniosorum Recentium Murcianorum ex nostris vindicauimus controu. 1. d. 4. & obscurius, quia pressius, ea præoccupauerat argumenta noster Vasquez 1. p. d. 64. c. vi. versu. *Tertio docet, proxima S. Th. loca summam referens, & dissoluens. Itaque testimonia præfata solum contendunt æternitatem Dei, eiusque iudicium comparari, & esse de præsentia cum rebus omnibus cuiusvis durationis creatæ ferri: quæ in illas secundum suum esse actuale, quod in quavis duratione creata, in qua locum habet successio, & præteritio, vel fuerunt, vel sunt, vel erunt: quod creatis durationibus, & cognitionibus, Angelicis etiam, quæ cum tempore, & duratione diuisibili, nec tota simul sunt, denegat statim testimonio primo.*

7. Caterum, quod ideo ab æterno, & ex æternitate sint, atque ab æterno esse, adhuc extrinsecè, per Dei æternitatem (ut opus erat aduersariis, quæ doctrinæ) minime eis locis docet S. Th. imo vero docet prorsus aduersum constare primo ex illis verbis testimonij primi, & ideo vnus Dei inuenitur fertur in omnia, ut in seipsis sunt, non in Dei æternitate, cui in sua, & pro sua duratione coexistunt: non, quia eorum existentia, & duratiæ retrotrahatur realiter ad ipsum (ut sic loquar) æternitatis Dei, & cognitionis æternæ initium; sed, quia æternitas Dei, & iudicii eius infinita indiuisibilis, & actu, & de præsentia eadem illuc peruenit. Secundo constat ex verbis illis testimonij secundi. *Quidquid igitur per totum decursum temporis agitur diuinus intellectus in tota sua æternitate inuenitur, quasi præsens, nec tamen (pende) quod quadam parte temporis agitur semper fuit existens: quod autem realiter ab æterno est, & fuit sensu aliquo vero, semper fuit existens realiter sensu eodem. Eius autem sententiæ potestremæ obseruatione præuenit satis aduersarios nostros, ne occasione sententiæ antecedentis in præceptis, in quod*

S. f. ierunt,

erunt, haberentur: quia, ut aeternitas Dei coexistat de presenti futuris, cuiusque aeterna cognitio de illis de presenti tota sua aeternitate sit, latet est Dei, & cognitionis suae, quae tota simul est, aeternitatem illorum durationi, & existentiae actuali coexistere, & de presenti eam totam semper, & solum esse cum illis, quoniam, ut nuper dicebam illae ad initium absque initio aeternitatis regrediantur. Tertio demum testimonio eadem omnino doctrina continetur: quod scilicet respectu aeternitatis Dei, & cognitionis aeternae ipsius non sit successio: quia in ea nec anterior, nec posterior durationis pars est, sed una eadem, & indivisibilis praesens est omnibus temporibus, ac rebus per illa succedentibus.

8. Ut haec tamen adeo aperta pro mente sua explicanda in S. Doctore non adestent, ac solum aliorum de eius hac in re sententia iudicio standum esset, nullatenus pro affirmativa Recentiorum Thomistarum Dominicianorum, sed pro negativa nostra sterile, discipulorum eius (& maxime Dominicanorum) vetustiorum, quibus potior habenda fides, testimonia convincerent. Et in primis Aegidius Romanus, & ipse S. Thomas discipulus auditor, & vindex in suo caligatorio adversus corruptor, doctrinae S. Thomae observationibus ad citatum art. 13. falso illi impositam affirmantem sententiam a Doctore Parisiensi clamat, & docet: cum ipse clare suam eo articulo sententiam protulerit: quod res sunt praesentes Deo ab aeterno, non in sua existentia actuali, sed quia ipse actu intuetur eorum praesentiam aeternaliter. Hebraeus ducentis ante Cateranum annis florens, post S. Thomae obitum, necdum quinquaginta, in doctrinae eius defensione, & in 1. d. 38. quaest. 5. S. *Quantum ad tertium*, ait: [duplitter intelligi potest aliquid esse praesens Deo: uno modo per existentiam realem in suo esse, ceteri non coexistunt res alicui Deo ipsi Deo ab aeterno, ut dictum est. Alio modo possunt dici res praesentes Deo, ut intuenti, siue per intuitionem: & sic omnia futura sunt Deo ab aeterno praesentia non solum, quantum ad suas rationes quidditativas, sed etiam, quantum ad suas existentias actuales secundum intuitionem,] quae sunt non solum doctrina, sed verba S. Thomae, citati art. 13. Hunc & imitatus, & laudans Sylvester facti Parisii Magister in consistorio doctrinae S. Thomae articuli eundem relatis verbis: *Istud*, inquit, *dictum fuit occasio errandi* (coartaco Caiet.) [et putandi quod D. Thomae intelligat praesentiam in esse reali, quod non est verum, sed vult dicere: quod Deus non solum habet praesentes rationes futurorum, quae repraesentant eorum quidditatem, sed etiam per illas fertur super praesentia, & existentias.] Et hunc solum sensum necessarium esse subinfertur probat: alium vero, *in-acceptabilem*, *ex quo nullus Thomistarum, prater unum ausus est affirmare: quia ex illo videtur sequi aliquid contra fidem: nempe creaturas fuisse ab aeterno.*

9. Deza Hispanensis Archiepiscopus, Caietano etiam coartatus in 1. d. 38. quaest. art. 2. §. 2. scribit male a nonnullis intelligi S. Thomae, pro affirmante sententia, quod & sententiam falsam etiam esse apparet ex multis: post quae concludit. *Pateet, quod mens d. Thomae non fuerit, res esse ab aeterno praesentes Deo secundum suam praesentia, & existentiam.* Et quidem Caietanus ipse se primum esse interpretem S. Thomae pro affirmante sententia iactavit: ut eius solo testimonio omnes ex cathedra Thomistae pro opposita sententia S. Thomae numerasse convinci possit. Sed & ex Recentioribus Thomistis Dominicanis primarius Salmantinus Magister, Illustrissimus Arauxo & ipse viginti & eo amplius annis Thomistarum suarum traditionum in ea Academia Salmantina emulator contra nostras Thomistas, postquam sacris Segovienibus insulis exivit Dominicanum cucullum pro sua circa S. Thomae doctrinam eruditionem tom. in eius primam partem ad citati art. 13. doctrinam de ea rerum in aeternitate Dei realem ex aeternitate, & ab aeterno praesentia, exacte, & subtiliter disputans neque ex mente S. Thomae, neque ex veritate esse docet, sed seque probat: cumque Thomistarum futurum Recentium conclusionem de rerum coexistentia aeternitati in sapientiam sensum explicare vellet (nempe pro sua cuiusque duratione, cui tota, & eadem aeternitas praesens pro illa tantum est) non eo contentos illos vereri, ac suspicari se, modo dicta subitio negat, sed aliquid amplius contendere.

10. Pro negativa igitur nostra sententia numerandi in primis Angelicus Praeceptor Ferrara citatus n. 1. Capreolus, qui affirmantem asserere ausus non fuit, ut vidimus n. eod. 1. Aegidius Romanus, Herbicus, Sylvestri, Deza, & Arauxo citati, & recitati n. 8. ex aliis antiquis Magist. in 1. d. 35. & 36. S. Bonaventura d. 39. art. 2. qu. 13. Scot. qu. 1. §. 1. *Inter primum* cum tota sua, & Nominalium Schola apud Suring, tract. 2. qu. 3. & n. 84. Okam. in 1. d. 38. Duranti qu. 3. art. 2. Gabriele Aureolo apud Albiz sup. & Herize infra. Ut confet quanta veritate Bidez in 1. p. qu. 14. art. 1. §. 1. *Nequam conclusio quarta*, dixerit: communiter scholasticos contrariam suam affirmantem sententiam sequi: vniuersi Thomistae nostrae scholae societatis Doctores Molina, Suarez, Didaeus, Ruiz de Monroya, Granados, & Ribadeneira ab opposita sententia impolluta vindicati n. 2. Valsq. citatus cert. 1. Valencia 1. p. qu. 14. art. 13. dub. 4. Arubal. 1. in 1. p. & Herize, Adam, Tamer. in 1. p. d. 2. qu. 8. dub. 6. & verbi contra istum vero sententiam. Marcius tom. 1. tract. de Deo d. 2. 6. Franc. Amicus de Deo vno d. 12. sect. 4. Becan. 1. p. c. 10. qu. 10. Praeposit. in 1. p. qu. 14. art. 13. dub. 2. Quirós de Deo vno tract. 4. d. 48. sect. 4. Et videtur verbis ad Thomistas inclinare, similitas enim coexistentiae Dei durationibus successibus, quam admittit ex parte solum durationis diuinae, seu suae aeternitatis est, non temporis, ut patet ex sectionis initio, & conclusionis explicatione & exemplo coexistentiae locali Dei omnibus locis: quo vixit Anton. Perez in 1. p. d. 6. art. 13. cap. 7. §. utraque explicatio.

CERTAMEN III.

Negatiua nostra sententia duplici conclusione contra duplicem sensum praesatum explicata ab auctoritate probatur.

1. Prima conclusio: futura non coexistunt aeternitati realiter ex aeternitate reali, nec sunt Deo praesentia realiter ab aeterno significato tempore verbis: *sunt*, & *coexistunt*, & vocibus ex aeternitate, & ab aeterno, significantibus aeternitatem Deo extrinsecam diuisibilem, & successivam, siue possibilem, siue imaginariam, in qua, seu in ordine ad quam suam intrinsecam durationem, & durationem praesentiam realem futura habentur, Deoque, & eius aeternitati realiter secundum suum esse actuale, & nunc coexistunt, & coexistunt futura. Haec conclusio de fide est, neque ut arbitror ab adversariis, nec a sano Philosopho, nedum a Theologo Catholico, negata. Eius proinde opposita affirmatiua propositio haecis aperta dicitur esse a S. Thomae 1. p. quaest. 61. art. 2. Est expressa scripturae sacrae locis pluribus Plal. 89. *Prus quam montes fient, aut formaretur terra, & orbis & saeculo, & usque in saeculum tu es Deus*, quibus consonat illud Proverbi 8. de aeterna, & increata Dei sapientia de se aeternis. [Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret: necdum fontes aquarum eruperant: nec dum montes graui mole constituerant: ante omnes colles ego parturiebar: Adhuc terram non fecerat, &c. Et ego iam concepta eram.] Aut nihil horum verum est, si futura significato a: etibus tempore, & significata vocibus ab aeterno, & ex aeternitate extrinsecam Deo aeternitate diuisibili, & successivam, siue possibilem, siue imaginariam, vel cui responderit, vel in qua realis praesentia futurorum exultat, existeritque futura, vel Deo realiter praesentia ab aeterno esse referre dicantur, vel coexistere aeternitati ex aeternitate: ergo salua fide, & scripturis ita Deo realiter praesentia esse, cuiusque aeternitati dici verè ea verborum con-significatione, & significatione vocum minime potest. Minor est certa: quia eo, quod sua propria duratione, & esse actualem aeternum est, Deus prior esse nequit.

2. Ioan. item 8. siue. Amen amen dico vobis, priusquam